

/ Ill^{me} et Rev^{me} Domine.

Tanti tamque magni, Ill^{mae} et R^{mae} V., Gratiae in me sunt favores ut sentiam me longe inferiorem, quam ut eis aliquo modo respondere possim: interim spero eiusdem in me humanitatem potius
5 habituram rationem affectus quam effectus insufficientis. Et ut animi grati aliquod speciem exsolvam, mitto telae subtilissimae ulnas tredecim cum textura acus in lana parandis et ornandis vestibus duabus necessaria, rogans Ill^{mam} et R^{mam} V. Gratiam dignetur munusculum servare sive aequi bonique et me solito favore suo prosequi. Caeterum Deum O.M. precabor, quatenus Ill^{mam} et R^{mam} V. Gratiam toti orbi christiano salvam et incolumem dui superstitem concedat.

Brugis 22 januarii 1608.

15 Ill^{mae} et R^{mae} V^{rae} Gratiae devotissimus cliens et servus

Car. Phil. de Rod.^{C.} ph. de Rodoan episcopus Brugensis

Bruges. Archiv. Episcop. Copie. Litterae reciprocae Card. Bell.
et Epⁱ Brugen. 1608.